corde repellere · aut maledicto uel iuramento · quae si fuerint ueneno mortifero abstinere · uanitati resistere · iracundiam refrenare; Quis est · qui sine conpunctione cordis ambitum honoris · uel desiderium clericatus · uel se humilitatis amore repudiatum acceperit · Quis umquam sine labore potuit sic oboedientiae pia colla submittere · Numquam sermonis acerbitatem reprehendere · Contra nullum hominem odium · in corde seruare · Non solum fratres · sed omnes homines · etiam et persecutores pro christi amore diligere · pro bonis opere · ut semper sit operibus acugeantur · pro malis supplicare · ut

congere celerius mereantur ·
Quis tam sine labore · potuit orationi insistere · lectioni uacare · Quis umquam haec omnia sine gratia dei · et grandi intentione cordis implebit · Sed haec omnia fratres donec in consuetudinem mittantur · et ut uerius dicam · tam diu inpossibilia iudicantur · quam diu humanis uiribus implere posse putantur; Cum uero a deo optinere · et per dei gratiam implere posse creduntur · nec dura · nec laboriosa · sed leuia et suauia conprobantur · secundum illud quod dominus dixit; Iugum enim meum suaue est · et onus meum leue; Quod iugum quia tam a uobis felici